

primum mulieris de non alienando fundum dotalem, prævalere secundo iuramento facto super alienatione ipsius fundi dotalis, de cuius gl. intellectu & veritate dixi, *supra*, cap. 1. num. 79. & *segg.* Sed hoc non obstante, contrarium regulariter est dicendum, ut secunda dispositio iurata prævaleat primæ etiam iurata, *argum. huius text.* dum probat generaliter, quod ultimæ dispositiones derogant prioribus: & in iuramentis idem disponit *text. in d.l. duobus, §. fin. ff. de iureiur.* ubi loquitur *text. in iuramento delato à parte parti.* Nam probat *text. ille*, quod si prius reus deferente actore extra iudicium iuraverit se dare non oportere, & postea deferente reo in iudicio, iuraverit actor, reum sibi dare oportere, prævaleat iuramentum actoris, tanquam posterius, licet de peritatio alterius querendum siue agendum non sit, propter incertitudinem, sed tantum quod sit iuratum. Et licet *text. ille* loquatur in iuramento decisorio delato à parte parti, idem tamen est in iuramento promissorio seu confirmatorio ab vna eademque persona bis prolato & facto, ut ultimum prævaleat & deroget priori, ut per *dist. l. duobus, §. fin.* optime probat *l. ibi num. 9. & segg.* per infinitas doctorum decisiones, sequitur etiam Decius in *dist. l. pacta novissima, num. 9.* cum Anton. quem refert, & addit *text. in cap. sicut ex literis, de sponsalibus, & Curt. iun. in d.l. pacta, num. 5.* & ita est tenendum. Non obstat *gl. communiter approbata in d.c. licet mulieres*, quia procedit in illo casu speciali, in quo loquitur, scilicet, quando mulier iuravit non alienare fundum dotalem, quia illo casu iuramentum concurrat & consonat prohibitioni iuris communis legis Iulianæ de non alienando fundum dotalem. At vero extra illum casum, quoties primum iuramentum non concurreret cum iure communi sed contra vel præter ipsum, ultimum iuramentum prævaleat & est seruandum contra primum contrarium. Et ita intelligenda

Finis I. Partis de Iuramento confirmatorio.



D. IOAN

est hæc materia. Superest non modica difficultas contra hanc ultimam resolutionem, quia nullum iuramentum valet in præiudicium tertij, *ut in cap. cum contingat, de iureiur. & in c. quamvis pactum, de iudic. in 6. cum similibus.* Ergo secundum iuramentum contra primum in præiudicium tertij, cuius favore fuit præstitum primum, non valet nec tenet. Sed potest responderi huic difficultati, ut præcedens opinio & resolutio, qua dictum fuit, ut ultimum iuramentum deroget priori, intelligatur, quando prius iuramentum non fuit principaliter præstitum in favorem alterius: Item in casibus, in quibus limitatur *gl. dist. c. licet mulieres*, quos retuli *supra*, d. cap. 1. & referunt *l. in d. §. si. & Decius in d.l. pacta novissima: & hoc modo* satisfacit *Curt. iun. ubi supra.* Item & tertio potest exemplificari nostra opinio, de qua agimus, in casu *gl. cap. fin. verb. revocatus, de procuratoribus, lib. 6.* communiter approbatæ, ut dixi etiam in *d.c. 1.* & in testamento secundo, vel statutis iuratis contra priora, & in reptione canonice ultra numerum, & in aliis casibus similibus dependentibus à voluntate vnius tantum, quia tunc potest, qui primo iuravit, penitere adus illius, & contrarium facere abique iuramento, quod est magis, & actus secundus valet etiam non iuratus, licet contrarium remaneat peritius, ut optime concludit *l. in d.l. duobus, §. fin. 9. & 10.* & nos quoque diximus in *d.c. 1. n. 80. & segg.* & in *2. p. inf. c. 1. n. 5. & segg.* Ultimo potest etiã suprad. vera resolutio exemplificari in duobus pactis iuratis inter easdem personas, quia tunc primum pactum iuratum, revocatur per secundum etiam iuratum, quia non vergit in præiudicium alterius tertij: Et hoc modo utilis sit, & præstari sæpe potest hæc resolutio. Et cum his remanet expedita hæc prima pars ad laudem & gloriam omnipotentis Dei eiusque sacratissimæ matris Virginis Mariæ. Laus Deo.



D. IOANNIS GUTIERREZ,
IVRISCONSULTI HISPANI
PRÆCLARISSIMI, CANONICI DOCTORALIS
Almæ Ecclesiæ Ciuitatenfis,
PARS SECUNDA

TRACTATUS DE IURAMENTO CONFIRMATORIO,
in qua de ultimis voluntatibus, quibus accedit iuramentum, agitur, an nimirum
confirmet, vel irrevocabilem faciat actum, qui alias absque ope
iuramenti est nullus vel irrevocabilis, &c.

Et pars hæc brevis erit, quia non ita frequentatur usus iuramenti confirmatorij in ultimis voluntatibus, sicut in contractibus, vel aliis actibus ad iudicia spectantibus.

SUMMARIUM.

- 1 *Ultima voluntas ambulatoria est vsq; ad mortem.*
- 2 *Testamentum primum iuratum, an possit revocari?*
- 3 *Donatio facta in partem mutationis, aut revocationis testamenti non valet.*
- 4 *Siatuum iuratum potest revocari per eosdem statuentes.*
- 5 *Revocans primum testamentum iuratum, an sit peritius?*
- 6 *Testamentum primum iuratum ad hoc ut revocari possit, priori an testamenti iurati mentionem in secundo fieri oportet.*
- 7 *Iuramentum habet in se clausulam derogatoriam, ita ut secundum testamentum iuratum revocet primum in quo adest clausula revocatoria secundi, licet in secundo non fiat mentio dicti primi testamenti.*
- 8 *Primum testamentum iuratum an tollatur per secundum testamentum etiam iuratum?*
- 9 *Cautela Cepolla refertur, per quam sit testamentum irrevocabile, eaque improbat.*
- 10 *Confessio testatoris facta in testamento in favorem alicuius & per eum acceptata, an sit irrevocabilis?*

CAPVT I.

De revocatione Testamenti iurati.

TESTAMENTUM ¶ vsque ad mortem mutari, minui, corrigi, ac revocari potest, quia deambulatoria est vsque ad mortem ultima voluntas *text. in cap. ultima voluntas, l. 3. quest. 2. l. 4. digestis de adm. leg. c. cum*

Marib. de celebrat. miss. ubi gl. ver. non valet, & text. in leg. si quis in princip. testamenti, ff. de leg. 3. ubi probatur regula illa vulgaris, quod nemo eam sibi legem dicere possit, à qua non liceat discedere: idem probat text. in leg. omnium Codice de test. & in leg. si quis, Codice qui test. facer. poss. cum mille similibus: expressa l. 2. tit. 1. p. 6. ubi dicitur, Quis unquam homo puet facer testamento tan firme que lo non pueda despuer mudar quando quisiere, facta el dia que muera, solamente que sea en su memoria quando lo cambiare, e que haze otro acabadamente. Idem probat. l. 2. 1. & sequentes eiusdem tituli supradicti.

Primo ¶ (ut ad materiam nostram iuramenti accedamus) quæto, an testamentum primum, quod quis promisit cum iuramento non revocare, efficiatur irrevocabile propter religionem iuramenti, necne? Quæ quidem quæstio cum à pluribus iuris vtriusque interpretibus bene examinata fuerit, nullus ita exacte eam declaravit, sicut insignis & meritisissimus Præsul Hispanus noster Couar. ad quem si remissio à nobis fieret in re hac, omittendo huius quæstionis enucleationem, consultus esset, quam ingeniolium meum eius scriptis adiungere. Sed quia præsens, ac sæpe promissa nostra materia hoc expostulat, & ne difficultates videar subterfugere, quæstionem propositam breviter peragam, non egrediens materiam nostram.

In hoc articulo sunt duæ opiniones principales. Prima Spec. in tit. de inst. editio §. compendiose, *vers. quid si quis iuraverit numero 15.* tenentis, adeo non posse testamentum primum iuratum revocari, ut secundum invalidum omnino sit, neque subsistere possit, quia iuramentum actum alioqui mutabilem, firmum, & irrevocabilem efficit, *ut in cap. cum contingat, de iureiur.* Pro qua etiam

opinione faciunt omnia supradicta in capitibus primæ partis, & opinionem Spec. tenet Cotrar. & ei accedunt, quæ tradit Fort. Garf. quos refert Covarr. vbi statim allegabitur, & dicit Alber. in l. 1. circa fin. C. de sacros. Eccles. quod hanc opin. tenent communiter Canonistæ, prout refert Iulius Clarus lib. 3. recept. sententiarum, §. testamentum qu. 94. vers. sed quid; Refert etiam alios huius opin. auctores Ferdin. de Loazes in sua allegat. iuris pro March. Delez. in 6. fundam. pro parte oppidi de Mul. nu. 7. & 8. fol. 58.

Secunda opinio principalis est, quod non obstante iuramento apposito in primo testamento, valeat secundum testamentum, & præferatur primo. Quam opinionem tenet Io. And. in reg. qua statim de reg. iur. in 6. in Merc. & gl. in d. c. ultima voluntas, 13. q. 2. Bar. in d. l. si quis in prin. testamenti, nu. 14. Huius quoque opinionis videtur fuisse gl. fin. in auct. sacramenta puberum, C. si advers. vend. vbi Salyc. n. 16. dicit hæc esse cõmunem. Hanc opinionem pluribus Doct. allegatis, qui eam sequuntur, testatur communem Covarr. in rub. de testam. in 2. p. n. 15. vbi eam ampliat cum Bald. & Steph. Bertran. etiam si primum testamentum, quod iuravit non revocare, ad pias causas conditum fuerit, & hanc opinionem sequuntur Doct. vtriusque iuris, secund. Io. Orosc. in l. omnes populi, nu. 1. §. ff. de iust. & iur. & hæc est magis communis opinio secund. Alex. conf. 18. lib. 2. nu. 2. vbi plures allegat & tenet, quod revocando primum testamentum iuratum, remaneat peritius (de quo infra statim dicemus) dicit etiam eam opinionem sequutus cõmunem Mench. de success. creat. paragr. 29. n. 20. Est commune dictum secundum Mar. Socin. Jun. conf. 44. num. 25. libro 2. dicit magis communem Legistarum & Canonistarum, eam sequutus Iulius Clarus vbi supra; cõmunem, veriorum & cõmuniorem ex Alciat. & aliis testatur hanc opin. Ferdin. Loaz. vbi supra in respons. ad d. 6. fundam. num. 160. pag. 383. vbi plurimos huius opin. auctores refert eamque ipse sequitur. Hanc etiam dicit cõmunem & magis communem, ex testimonio Covarr. Alex. vbi supra, Ioan. Bapt. Toletan. in suo æratio communium opinionum, lit. l. num. 21. 6. fol. 95. vbi etiam alios allegat. Hanc sequuntur plurimi relati ab Ant. Gab. lib. 2. commun. opin. concl. 1. de iure iur. num. 8. pag. 115. col. 1.

Quæ quidem communis opinio. eo potissimum fundamentum vera efficitur, quia propria & primordialis natura vltimæ voluntatis est, vt possit revocari vsque ad mortem, vt in iuribus supra allegatis in principio huius capit. Sed iuramentum intelligi debet secundum naturam primordiale actus, cui inreponitur, vt in leg. fin. C. de non num. pec. & in c. quemadmodum, de iure iur. dixi late supra in 1. part. cap. 37. Ergo licet testator in primo testamento addat iuramentum, poterit nihilominus hoc primum testamentum, quamvis iuratum, revocare, aliud condendo, cum hæc facultas à iure sibi concedatur. Neque obstat si dicatur, hanc rationem cessare, quotiescunque testator promissit cum iuramento non revocare, quasi tunc videatur, non posse intelligi iuramentum secundum naturam vltimæ voluntatis, quia respondeo, adhuc in hoc casu habere naturam vltimæ voluntatis tacitam à iure conditionem, nisi postea placuerit testatori aliud testamentum facere. Quia nemo sibi eam legem dicere potest in testamentis condendis, à qua discedere non liceat, vt in d. l. si quis in principio testamenti. Vnde

eadem conditio, & qualitas subintelligi debet in iuramento apposito in dicto primo testamento, vt in nostris terminis tenet & considerat Steph. de Feder. in tract. de iniepr. iuris, 1. par. num. 135. vol. 1. tract. diuers. Doct. fol. 191. Secundo pro hac opinione communi facit & adducitur gloss. illa communiter approbata (vt supra diximus in 1. par. c. 1.) in cap. fin. de procur. in 6. quæ tenet, quod constitutio procuratoris facta cum iuramento de non revocando eum, potest revocari, licet revocans sit peritius. Quorum ratio est, quia revocatio testamenti vel procuratoris dependet tantum à voluntate iurantis, alij vero actus, qui cum iuramento confirmantur & irrevocabiles sunt, de quibus supra in prima parte satis dictum est, dependent à voluntate duorum, & ideo interveniente iuramento non possunt revocari, nisi altera quoque pars consentiat, quia tunc remittit iuramentum in sui favorem præstitum, quod potest, vt in c. 2. de spons. Tertio pro hac opinione ipse confidit d. l. Regiam 25. tit. 1. par. 6. quæ dicit generaliter, Que nungun homo pceda hañer testamentum tan firme, quo lo nopueda desipue emudar quando quisere hasta el dia que muera. Si ergo cum iuramento posset fieri testamentum irrevocabile, non esset vera lex illa, cum dicat, Nungun homo pceda. Per quod excludit omnem potentiam, iuxta late per me tradita de verbo, potest præcedente negatiua, in rep. l. nemo potest, ff. de leg. 1. n. 145. Sed consequens est falsum, quia l. est vera & seruanda, igitur bene probatur ibidem hæc nostra magis communis sententia. Ex quibus fundamentis optime ipsa probatur non solum, sed etiam ex iis remanet satisfactum fundamentis omnibus contrariæ partis, & ita est tenendum.

Quæ t opinio primo ampliat, vt donatio facta in pœnam mutationis aut revocationis testamenti, minime valeat ex communi omnium sententia, in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. vt cum Alex. concludit Cou. vbi supra n. 17. id amplians cum Carol. Molin. contra cõmunem, etiam in causâ legatis, quando hæc pœna apponitur revocationi certi legati, quod vltimum mihi non placet nec tenet.

Secundo t hæc opinio communis ampliat, etiam in statutis iuratis primo conditis, quia non obstante iuramento, statuentes, qui habent auctoritatem statuendi, absque superiore possunt revocare prædictum statutum, aliter statuendo postea, licet ob hoc remaneat peritius, vt tenet Bart. in d. l. omnes populi, num. 32. & 34. in quo Bar. communiter approbatur, secundum Ioan. Orosc. ibi num. 107. & 110. & 118. sequitur etiam Segura, & cum allegans Anton. Gom. in l. 3. Taur. num. 96. & bene probans Auiles in cap. prator. in gloss. Las bara. num. 21. vbi etiam quod non sint peritii: & idem tenet in statutis confirmatis per Regem, vt possint per statuentes revocari: quod latius tradit idem auctor ibi in gloss. Præuer. sobre. yello, num. 16. vbi limitat vno modo.

Secundo t principaliter quero, esto quod valeat secundum testamentum & præferatur primo iurato, an revocans dictum primum testamentum, sic peritius? In quo Ioan. And. vbi supra, & communiter Canonistæ tenent partem affirmatiuam, scilicet, quod remanet peritius revocans primum testamentum iuratum, & hæc est communis opinio, secund. Gom. in paragra. item si quis postulante, n. 36. Infr. de actio. Bar. autem in d. l. si quis in prin. testamenti, num. 14. tenet expresse contrarium,

riam, ex eo quia iuramentum est interpositum super eo, quod est contra bonos mores, quia auferit liberam testandi factionem, vt in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. Quam opinionem tenent communiter Doct. Legistæ, etiam antiqui, prout sunt Per. & Cyn. & And. de Pisis, quos refert Bar. vbi supra. Tandem in re hæc refert has duas opiniones contrarias esse communes, plurimos pro vtraque parte Doctores allegans Covarr. vbi supra n. 15. vers. secunda opinio, per totum illum num. multo tamen plures refert pro opinione Ioan. And. vbi supra affirmatiua, & eam sequitur & bene probat aduersus Bart. respondens late eius fundamentis. Easdem duas communes opiniones contrarias Legistarum & Legistarum refert Ioan. Orosc. in d. l. omnes populi, n. 116. & 117. vbi Pontificis accedit, & quia ipsi late agunt & bene, amplius super hoc non insistant, accedens proculdubio opinioni Canonistarum affirmatiuæ, quæ mihi longe verior & cõmuniore est & tenenda, quam etiam tenet & dicit communem contra secundam Legistarum, etiam cõmunem Iulius Clarus vbi supra vers. sed nunquid?

6. Sed t pro intellectu & declaratione supradictæ magis communis opinionis, quæ habet, quod primum testamentum iuratum revocatur per secundum, est aduertendum, quod ad hoc, vt prædicta conclusio procedat; requiritur, vt in secundo testamento fiat mentio primi iurati, cum iuramentum habeat saltem vim verborum derogatoriorum. Ita tenet expresse Bart. in dict. l. si quis in prin. testam. num. 15. quem sequitur Segur. & cum referens Ant. Gomez. in l. 3. Taur. 96. & idem sentit idem Bart. loquens in testamentis & statutis in d. l. omnes populi, n. 33. vbi Ioan. Orosc. n. 110. dicit, quod hanc opinionem, sequuntur plures: sequitur etiam Ias. in l. si mihi & tibi, §. in legatis prima le. d. n. u. §. ff. de leg. 1. sequitur alios allegans Covarr. vbi supra nu. 19. fol. 12. ad fin. vers. secundo. Pro qua opinione facit optima gloss. in c. cum non deceret, de elect. lib. 6. quæ tenet generalem Canonum vel statutorum derogationem minime tollere statutum iuratum, nisi de eo mentio fiat. Idem est in pactis, vt tenet glo. in Clem. dudum, §. fin. vers. pacta, de sepulch. quas sequuntur plurimi relati per Covarr. vbi supra proxime eam allegavi, & dixi late de supra dictis glo. in mea repet. l. nemo potest ff. de leg. 1. nu. 163.

Quo fit, ita esse necessarium in secundo testamento mentionem iuramenti, vt non sufficiat mentionem facere primi testamenti & derogatorie clausulæ specialiter per illa verba: Cassum & irritum decernimus quocunque aliud testamentum, quibuscunque verbis derogatoris à ne conditum nisi expressim fiat mentio iuramenti, vt probatur optime per suprad. gl. à Dd. approbatas Atque in specie nostra ita tradit cum Paul. de Cast. & Fulg. Covarr. vbi supra d. n. 19. fol. 13. col. 1. illius folij, ad fin. quæ quidem opinio verissima est. Sed an idem sit, quoties in secundo testamento ita scriptum sit, Non obstante quocunque alio testamento à me facto, & habente quocunque verba derogatoria, quæ hic forent ad verbum referenda, ea enim pro expectatis habeantur? refert in simili casu duas opiniones contrarias Covarr. vbi supra fol. 13. quatum illam frequentiore, & in praxi & in vltu receptam esse dicit, quod per suprad. clausulam tollatur primum scriptum & privilegium cum derogatoria clausula etiam concessum & ibi

constituit plures casus, & tandem refert Ias. & Soc. tenentes per supradictam clausulam, ita specificatam tolli etiam iuramentum, dicens, secus esse in generali clausula non obstantibus, &c. Et inquit idem dicendum esse in specie nostra questionis de primo testamento iurato vt tollatur per secundum, etiam si de iuramento in specie non fiat mentio, si clausula derogatoria apposita in secundo testamento in modum supra proxime dictum concipiatur. De quo ipse dubito, licet tenenda sit in suo casu opinio, quam magis communem appellat Covarr. vbi supra, quia illa non loquitur in privilegio vel scripto iurato, neque in testamentis, sed in scripto vel privilegio primo habente clausulam specialem derogatoriam secundi, vt nihilominus illi censeatur derogatum per clausulam derogatoriam supra expressam. Nos vero agimus de testamento iurato revocando, quo casu communis opinio est cum supradictis gl. quod nunquam extendatur ad id revocatio, quomodocunque fiat, nisi de iuramento fiat mentio. Quam quidem communem opinionem ipse sequi malo, quam opinionem Ias. & Soc. qui contrarium, imo quod per suprad. clausulam comprehendatur iuramentum, voluerunt, vnde indistincte teneo, quod nullo modo possit revocari primum testamentum iuratum, nisi in derogatione specialissima (vt ita dicam) fiat mentio de iuramento, & hæc sit vera & communis resolutio in hac materia.

Vterius t est aduertendum, quod si quis faciat 7 primum testamentum sine iuramento, cum clausula derogatoria alterius, & postea faciat secundum cum iuramento, valebit secundum, licet in eo non reuocetur primum, quia iuramentum habet in se clausulam derogatoriam, vt supra dictum est in alio casu, & facit valere actum meliori modo quo potest, vt in l. cum pater, §. filium matrem, ff. de leg. 2. de quo rex. statim in c. sequenti agimus, volente Deo. Et hanc opinionem in terminis tenet Bald. in l. sancimus, C. de testam. & est communis secundum Ias. in l. si mihi & tibi, §. in legatis, nu. 13. & seq. ff. de leg. 1. vbi ipse hoc intelligit, quoties in secundo testamento iurato fiat aliqua revocatio prioris saltem in genere, licet dicat sibi in hoc cõmunem opinionem ob stare. Hanc opinionem Baldi sequitur allegans alios Covarr. vbi supra, d. numer. 19. folio 12. colum. 4. in vers. prima, vbi inquit eam esse concordem supradict. Doctorum rationem huius opinionis, quia is, qui iuramento præstito secundum testamentum condidit, videtur cuiuscunque prioris contrarij penitere ob iuramenti religionem Quo fit secundum Covarr. vt tenenda sit indistincte supradicta communis sententia, absque declaratione supradicta Ias. vbi supra, & aliorum sequacium, quos ipse ibi refert: eandem sequitur Palat. Rub. in repet. c. per vestras, §. fin. num. 23. de donatio. iur. vir. & vxor.

Primum t autem testamentum iuratum per se secundum iuratum non tollitur, nisi expressa mentio prioris iuramenti fiat per supra dicta, præcipue cum non sit præsumendum, quemquam mortale crimen velle committere nisi hoc euidenter constiterit, maxime in actu, qui propter mortem fit, vt est testamentum, iuxta capit. licet, & ibi gloss. verb. Tam graue, de presumptio. Quod contingeret in proposito, si aliud diceremus, quia testator per secundum testamentum iuratum remaneret peritius, si per id censeretur revocatum primum testamentum iuratum, quod non est dicendum, &

ita tenet Cou. ubi supra ad num. 19. fol. 14. col. 1. ad finem. vers. tertio ex principali conclusione.

9 Ultimo in proposito nostro querens Capol. caue. 117. num. 3. an sit dare aliquam cautelam, ita ut fieri possit aliquo modo testamentum irrevocabile, duas ponit, vnam scilicet quod testator iuret se non revocare testamentum nec contrauenire, & postea heres in eo scriptus faciat testatori precipi per celsam Ecclesiasticam peremptorie, quod obseruet iuramentum & non contraueniat, alias ex nunc prout ex tunc, & contra proferatur sententia excommunicationis contra ipsum, nam hoc factum, inquit Cap. si postea reuocet testamentum vel reuocare velit aliquid faciendo, repetitur excommunicatus per sententiam excommunicationis prius aduersus eum latam, & sic excommunicatus non potest testari, vt in c. pia. de excep. lib. 6. Et aduertit Cap. quod hac cautela procedit, quando ipse testator consensisset illi sententia excommunicationis in eum lata sub conditione per suum iudicium competentem: secus si dissentiret, quia postea appellare ab ea si vellet, & durante tempore appellationis testari, ac primum testamentum reuocare. Itaque ex ipso motore constat: non satis firmum esse hoc remedium. Sed imo non esse veram hanc cautelam, etiam eo casu, quo testator consensit excommunicationi predicta, contendit & bene Couar. in dist. rub. de testament. 2. part. num. 18. cum Andr. ab Exca, quem refert reprobante supradictam cautelam, quia excommunicatus regulariter testari potest, secundum communem opinionem, quam ibi ipse refert. Ex alio etiam capite existimo ego predictam cautelam Capol. falsam esse, scilicet per dist. l. Regiam. 2. §. tit. 1. part. 6. quae expresse dicit, neminem ita firmum testamentum condere posse, quin id reuocare possit. Et ita inuenio, quod eam l. expresse notat contra predictam cautelam Greg. Lop. ibidem in gol. fin. tenens ex hoc contra supradictam cautelam: neque existimo ego hodie attendit dicta leg. Regia vllum firmum modum inueniri aut exogitari posse, quo fieri possit testamentum omnino irrevocabile, intelligo in vim testamenti, nam in vim contractus bene poterit irrevocabiliter valere, quando contractus, sicut potest celebrari in testamento, iuxta ea quae late dixi in mea repetitione l. nemo potest. ff. de leg. 1. numer. 254.

10 Praecipue si confessio facta per testatorem in fauorem alicuius, acceptetur per illum, quando ex modo confitendi colligitur testatorem voluisse contrahere, nam hoc casu valet irrevocabiliter confessio hae in vim contractus, praecipue attendit. l. Regia 3. tit. 8. lib. 3. ordin. vt tenet & probat Auend. 2. par. c. 19. nu. 10. & 11. tenet etiam alios allegans indistincte Hippol. de Mar. in rubr. Cod. de probat. num. 98.

De aliis autem clausulis derogatoriis in testamentis appositis extra iuramentum quae sufficiant, vt primum testamentum habens etiam clausulam derogatoriam reuocetur, & quae non, & de earum formis hic non agimus, quia non est nostrae materiae, de illis tamen latissime agunt Bar. & Doct. in d. l. 3. Tauri. num. 94. de sequentibus, & Couar. in dist. rubr. de testament. in 2. part. per totam, apud quos videre poteris casus in proposito occurrentes.

S V M M A R I V M.

- 1 Fideicommissa relicta in minus solemnibus testamento non debentur a venientibus ab intestato, nisi sit apposta clausula codicillaris.
- 2 Iuramentum habet vim clausulae codicillaris, & nu. 3. plures ampliationes & limitationes, num. 4.
- 3 L. cum pater, §. filius matrem, ff. de leg. 2. intellectum.
- 4 Iuramentum adiectum testamento, facit actum valere meliori modo, quo potest.
- 5 Transactio iurata quando non valet vt transactio, valet vt pactum nudum.
- 6 Verba enuntiativa defuncti propter aliquid cum iuramento inducunt dispositionem.
- 7 Iuramentum facit valere actum meliori modo, quo potest, quatenus verba ipsius iuramenti inferre possunt, nec vero similis mens iurantis repugnat nec consensus desit.
- 8 Iuramentum facit valere actum meliori modo, quo potest, dummodo alius ille habeat eam solemnitatem, quae est necessaria ad effectum illum, quem ex iuramento deducere volumus.
- 9 Iuramentum habet vim transpositionis vniuersae dispositionis in alteram.
- 10 Iuramentum habet vim expressi.
- 11 Iuramentum habet vim specialis renuntiationis.
- 12 Iuramentum habet vim specialis consensu, & quoad certitudinem atinet magis operatur, quam simplex clausula omni meliori modo &c.
- 13 Iuramentum operatur effectum clausulae specificatae, ubi adest consensus qui requirebatur pro forma, vt interueniret specialiter, & non interuenit sed generaliter.
- 14 Iuramentum habet vim geminati actus.
- 15 Iuramentum etiam in contractibus facit valere actum meliori modo, quo potest.
- 16 Confessio in iudicio facta parte non petente nec acceptante, licet non prauidetur consentienti, bene tamen prauidetur, si sit iurata.
- 17 Substitutio quae non potest valere iure directo, valet iure obliquo si adiciatur iuramentum.
- 18 Iuramentum interpositum super actu indiuo, efficit vt actus censetur diuio, vt forsatur effectum in illa parte, in qua valere potest.
- 19 Iuramentum operatur, vt verba dubia testatoris, an velit testari, necne inducant dispositionem.
- 20 Iuramentum habet in se clausulam derogatoriam.

C A P V T I I.

De testamenti minus solemnibus iurato.

IN FIDEICOMMISSA relicta in minus solemnibus testamento, non debentur a venientibus ab intestato, nisi ab eisdem repetita fuerint, hoc est, adiecta clausula codicillaris: ita probat text. in l. eam quam, & in l. si veritas, & in l. ex testamento, C. fideicommissi. & ibi gloss. fin. tex. in l. si non iure, C. de manumissis. testam. & in l. coheredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupil. substit. tradit Anton. Gomez. in lib. 3. Taur. numer. 77.

2 Si tamen iuramentum interueniat in testamento, debentur legata seu fideicommissa in eo relicta a venientibus ab intestato, etiam si testamentum sit minus solemnibus & clausula codicillaris non sit adiecta, quia iuramentum habet vim repetitionis ab intestato, hoc est, clausulae codicillaris: text. est singularis & vnicus, qui ad hoc solet communiter allegari in l. cum pater, §. filius matrem, ff. de leg. 2. cuius haec sunt verba: Filius matrem heredem scripserat, & fideicommissa tabulis data, cum iuraturandi religione praestare rogauerat: cum testamentum nullo iure factum esset. Nihilominus matrem legitimam heredem cogendam fideicommissa praestare, respondit. Nam enixa voluntatis preces ad omnem successionis speciem porrectae videbantur. Et ita gloss. fin. ibi, opponens contra dictum text. iura supra allegata, soluit, esse speciale in d. §. filius matrem, propter dictum iuramentum. Et haec est communis opinio Doctorum ibi, & in aliis pluribus locis, ubi fit mentio dicti §. filius matrem. Nam saepe allegatur ad hoc, vt ex infra allegandis apparebit. Et ita plures allegans tenet hanc opinionem, quod iuramentum appositum testamento, habet vim clausulae codicillaris & sic quod operetur repetitionem ab intestato Bernard. Diaz. de Lug. in regul. 389 & Anton. de Padill. in l. s. frater tuus, numer. 17. Cod. de fideicommissis, & Roland. a Vall. cons. 70. num. 27. & seq. lib. 2. & Couar. in c. quamuis pactum, de pact. in 6. p. 3. §. 6. numer. 2. vers. de materia conclusio, & lat. in l. eam quam n. 17. C. de fideicommissis, & Mench. de success. creat. paragr. 28. in princ.

3 Sed pro tunc intelligentia d. paragr. filius matrem, adest ingens difficultas, quoniam praestiterit iuramentum in casu illius text. In quo articulo certo Doct. maxime variant, & quod magis est, adhuc sub incerto lis est. Nam text. ille non aperit, an testator vel haeres scriptus iuramentum praestiterit, sed tantum dicit, iuraturandi religione praestari rogauerat, quare vt rem ipsam a principis trahamus, gloss. ibi, inquit, hoc iuramentum fuisse praestitum a testatore vel ab haerede esse praestandum, & ita intelligit text. illum procedere, siue testator iurasset siue iussisset heredem iurare de praestandis fideicommissis in testamento nullo relicto, Bar. autem ibi, intelligit & summat text. illum, quod iuramentum testatoris vel heredis habet vim repetitionis ab intestato & eodem modo summat & intelligit Paul. de Cast. ibi gl. etiam in l. 2. vt iuramentum, C. communia de leg. text. hunc intelligit eodem modo, scilicet, quod testator rogauit heredem, vt iuraret, quod daret legata vel fideicommissa, idem etiam tenet Ioan. Crot. & alij relati per Couar. in cap. Reynaldus, paragr. 3. in ro. vers. secundum non leuis est discrepatio de testa. quod dicit, quod licet possit dubium esse, a quo fuerit iuramentum praestitum in d. paragr. filius matrem, verosimilius tamen sit ab haerede praestitum esse. Eundem etiam intellectum tenet Alciat. in c. eam contingat, num. 95. & 96. de iure iurand. scilicet quod testator ibi rogauit heredem iurare praestare fideicommissa, & inquit, quod si haec testatoris petitio effectum clausulae codicillaris habet quanto fortius ac iustius erit, eundem effectum tribuere iuramento ipsius testatoris. Et ita secundum eam communis opinio supradicta probatur ex ratione illius text. & quod text. ille & supradicta communis opinio procedat, siue testator iuret, vellet omnia ibi contenta seruari, vel quod iuret haeredem iurare omnia contenta soluere

& adimplere, tenet dicens communem Anton. Gom. in d. l. 3. Taur. num. 74. & idem in 2. tom. var. c. de restit. min. num. 25. & idem tenet Couar. ubi supra, dicens: Excisimo tamen iuramentum praestitum a testatore, vel ab haerede ex iussione testatoris, effectum clausulae codicillaris omnino operari, vt legata non tantum ab haerede iurante, sed etiam a quocunque successore legitime repetita sententur: Quod ipse coniectatur ex voluntate testatoris & ex verbis dicti §. ibi: Nam enixa voluntatis preces ad omnem successionis speciem porrectae videbantur. Sed & sunt alij plurimi Doctores, qui eodem modo intelligunt d. paragr. filius matrem, scilicet in iuramento testatoris, vel in iuramento heredis, & vt conicio est communis a qua non est recedendum in iudicando & consulendo. Sed inter supradictos Doct. adest diuersitas, nam quidam loquuntur in iuramento praestito a testatore vel ab haerede, quidam in iussu testatoris, vt haeres iuret praestare relicta in testamento, quod est nullum: Tandem concludunt iuramentum hoc, siue testatoris vel heredis, siue iussum iurandi, habere vim clausulae codicillaris & sic repetitionis ab intestato.

Sed Bar. in l. 2. C. communia de leg. num. 2. dicit, quod quidquid dicat gl. in d. §. filius matrem, text. ille loquitur de iuramento defuncti, & idem tenet Paul. de Cast. ibi, dicens: Iuramentum heredis non reddere legata magis efficacia, quam ipsa sint ex testamento, neque habere effectum clausulae codicillaris, cum in effectum procedat a iuramento testatoris. Et idem Bar. in l. si quis, §. eo n. 13. ff. de fideiuss. sentit, quod ibi testator iurauit, dum dicit, & ideo si super testamento iurat. Nihilominus tamen communis intellectus d. §. filius matrem, est, quod intelligatur in iuramento testatoris siue heredis, vt supra vidimus, hoc enim operatur clausulam codicillarem & repetitionem ab intestato, & ita est tenendum in iudicando & consulendo.

Sed quamuis ita tenendum sit, remanet adhuc sub dubio, in cuius iuramento loquitur text. in d. §. filius matrem, testatoris vel heredis. Nam licet illius text. supra. conclusio procedat in vtriusque iuramento, necessarium est vt intelligatur text. ille, scire in cuius iuramento loquatur. Et certe meo iudicio text. ille non loquitur in iuramento heredis, sed in iuramento testatoris, vt Bar. & Paul. opinantur. Primo, quia non constat in text. neque in eo fit mentio de praestazione iuramenti facta per haeredem, vnde superest, vt qui aliud dixerit, diuinet. Secundo, quia illius text. singularis decisio est noua, neque enim in toto iure similis inuenietur. Sed si intelligeremus, praestitisse ibi haeredem iuramentum de praestandis relicto in testamento nullo ob defectum solemnitatis non esset noua iuris dispositio, quia per l. fin. C. de fideicommissis & in §. fin. Inst. de fideicommissis heredi. hoc erat introductum, vt latius diximus in rep. l. nemo potest. in 244. & seq. ff. de leg. 1. & lex debet intelligi in casu dubio, & non decido per aliam legem, vt in l. quod Labeo, ff. de Carb. edict. & in §. quibus, in 1. consil. Cod. Tertio, quia ratio ob quam text. in d. §. filius matrem, respondet, matrem legitimam haeredem cogendam fideicommissa praestare ex testamento nullo, est, quia enixa voluntatis preces ad omnem successionis speciem porrectae videbantur, vt in ipso text. dicitur: Ergo in causa praestations ab intestato fideicommissorum non fuit iuramentum heredis, sed enixa preces voluntatis defuncti, h. e. summa & maxima

xima voluntas testatoris, quæ videbatur extendi ad omnem successionis speciem, non solum ex testamento, sed etiam ab intestato, si testamentum non valeret. Et hæc in summa & vehemens voluntas defuncti, vt ita dicam, colligitur ex religione iuramenti ipsius, quo demonstrat voluntatem ipsius esse, vt actus ille valeret omnia meliori modo, quo posset, non vero ex iuramento hæredis, quia de illo verbum nullum ibidem Quarro, quia oratio hæc illius text. cum iurandi religione præstare rogauerat, eo directe & proprie tendit, & hunc germanum literæ sensum habet, vt testator rogauerit suum hæredem cum iurandi religione, vt præstaret fideicommissa, ex quo ostenditur feruens voluntas defuncti volentis omnino præstari, etiam si testam. fuerit nullum, ex defectu solemnitaris in eo à iure requisita. Non vero potest intelligi dictus versiculus, quod hæres præstiterit iuramentum de præstandis fideicommissis, quia præterquam, quod hoc esset subintellectu, & non expressum in text. non ita conueniret sensui directo verborum illius text. Fateor tamen dicta verba posse etiam intelligi, prout Doct. aliqui ex supradict. intelligunt hoc modo, scilicet quod testator rogauerit heredem scriptum, vt cum iuramenti religione præstaret prædicta fideicommissa. Itaque secund. hoc testator hoc *ibi* iussit, siue rogauit hæredem, vt iuraret præstare fideicommissa à se relicta, & sic quod solus iustus vel rogatus testatoris, vt hæres iuret præstare relicta in testamento, habeat vim clausulæ codicillaris. Ex quo etiam colligitur summa voluntas testatoris, vt ab intestato quoque præstarentur, vt in illo text. postea dicitur, quia signum huius deliberatæ voluntatis est, rogare testatorem heredem scriptum, vt iuret se præstaturum prædicta fideicommissa. Pro quo intellectus facit, nam sic etiam alias videmus, quod confessio testatoris asserentis se iurasse redditum depositum cum usuris etiam si alio modo non probetur depositum, valet & tenet, & standum est scripturæ in qua id confiteretur, & hoc propter affirmationem iuramenti præstati. Ita probat text. expressus in leg. cum quis decedens, §. codicillis, ff. de leg. 3. de cuius text. intellectu dixi late supra in 3. part. cap. 54. Ergo ita & eodem modo valet iustus testatoris de iurando directus ad hæredem & inducet clausulam codicillarem. Attamen negari non potest, quod licet hic vltimus intellectus sustineri possit ad illum text. non ita proprie conuenit ei, sicut præcedens, quia non constat quod *ibi* hæres adimpleuerit voluntatem defuncti, iurando se præstaturum dicta fideicommissa. Et si dicatur hoc non fuisse necessarium, sed sufficere quod testator roget quod hæres iuret de eis præstandis ad hoc vt colligatur eius voluntatem fuisse, vt ab intestato quoque præstarentur, respondendo *ibi* iustum seu rogatum testatoris de iurando non fuisse in causa præcisæ præstationis, sed iurandi religione, vt in ipso text. dicitur, vnde cum hoc iurandum præstitum esse ab hærede, minime constat in text. illo, necessarium est, intelligamus præstitum à testatore fuisse per omnia supradicta. Item quia licet iustus seu rogatus de iurando directus ad hæredem, eundem effectum operari possit in proposito, quem iuramentum ipsius testatoris, proprius tamen est, vt clausulam codicillarem operetur iuramentum ipsius testatoris quam rogatus de iurando. Vnde in dubio iurisconsulti responsum de casu potiori, &

in potiori significatu intelligendum est, hoc est in iuramento ipsius testatoris, iuxta iura vulgaria, præcipue cum in iure in aliis casibus virtus & robur soleat attribui iuramento, non vero iustitiam de iurando. Vnde hæc sunt quæ me mouent, vt intelligam text. in d. §. filius matrem, vt & proprie loqui in iuramento testatoris, non vero in iuramento hæredis, neque iniussu seu rogatu de iurando, quamuis in his duobus casibus possit etiam recte extendi, & procedat illius text. decisio tam ex ipsius ratione, quam aliorum iurium decisione. Et ita tenent Doct. *ubi supra*. Tamen diuersum est, quod text. ille loquatur etiam in his duobus posterioribus casibus, prout Doct. volebant, vel quod tantum loquatur in iuramento testatoris, & procedat & extendatur ad iustum de iurando vel in iuramento hæredis secundum nos, quia licet omnes tres casus sint veri quæcumque ad iuris effectum, & decisionem causatum, remanent tamen declarata coniecturata mens Iurisconsulti in dict. §. filius matrem. Et secundum hunc nostrum intellectum potest poni exemplum, & casus in illo text. quod testatur in testamento, ita cauit: *Cum iuramento rogo heredem meum, vt præstet fideicommissa, quæ in hoc testamento relinquuntur: quasi dicat: Amore Dei te rogo, hæres mi, vt præstes prædicta fideicommissa. Nam hæc sunt proprie enixæ preces, quæ vt in illo text. dicitur, videbantur portectæ ad omnem speciem successionis: de quas preces protulisse testator videtur timidus: vel amore testamenti, vt quia vidisset, non recte omnes solemnitates in eo obseruari vel interuenire, prout sentit *glosa*, ad fin. in d. §. filius matrem, dicens: *Et forte ideo sic fortiter rogabat, quia testamento suo solemnitatem desisse credebat, quæ optime hoc considerauit.* Et ita prædictæ enixæ preces habent vim clausulæ codicillaris, quæ solet apponi in testamentis ad eum effectum, vt si aliquo modo contigerit non valere testamentum iure testamenti, valeat iure codicillorum, quo fit quod cum hæc clausula expressa apponatur, non tantum, quando testator scit in suo testamento non interuenire omnes solemnitates, quæ requiruntur ad perfectionem testamenti, sed etiam quando scit & credit quod ipse omnes interueniunt, ne forte vltra opinionem suam aliquo modo contingat deficere testamentum ex defectu alicuius solemnitaris, vt notum est & fit quotidie. Idem dicendum erit in iuramento appposito per testatorem in testamento suo pro præstandis relictis in eo, vt habeat eundem effectum & vim, quem habet clausula codicillaris expressa, siue testator crediderit non valere suum testamentum tanquam testamentum, siue credat valere, si postea aliud contingat præter opinionem testatoris ex defectu solemnitaris, cum iuramentum habeat vim clausulæ codicillaris, vt in d. §. filius matrem, & communi opinione supra dicta.*

Vltimo circa intellectum d. §. filius matrem, inuenio quod dominus Ant. de Padil. in d. §. si frater tuus, n. 17. ad finem, ponit alium nouum intellectum, scilicet: *Quod ibi non testator iurauit, neque hæres fuit adiuratus per testatorem, vt quædam legata persolueret, ita dicentem: Adiuo te hæres mi, vt quæ legata testamento reliqui, præstari facias:* Et hæc sunt obnixæ preces. Qui quidem intellectus verus videtur & tanti ingenij viro dignus est, licet conuenire non videatur literæ illius text.

Sed pro breui resolutione supradictorum sunt faciendæ sequentes conclusiones.

Prima,

Prima, quod iuramentum præstitum per testatorem in ipso testam. facit id valere iure codicillorum, & inducit repetitionem in eo relictorum à venientibus ab intestato quando testam. non potest valere vt testamentum, ob defectum solemnitaris. Hæc conel. sine dubio communis & tenenda & probatur in d. §. filius matrem, secundum omnes Dd. qui in hac materia loquuntur.

Secunda conel. Iuramentum præstitum ab hærede legitimo ex iussione testatoris de præstando relicta in testam. minus solemniter, habet vim clausulæ codicillaris & inducit repetitionem à venientibus ab intestato. Hæc conclusio etiam est vera sine dubio, tenenda & communis, & probatur per d. §. filius matrem, secundum magis communem intellectum ipsius gl. & Doct. supra allegatorum qui tenent, text. illum procedere in iuramento præstito à testatore vel ab eius hærede, licet secund. Bar. & Paul. & nos non probetur *ibi* hic intellectus, sed tantum eius ratione & aliis iuris dispositionibus.

Tertia conel. Solus iustus & rogatus testatoris, vt hæres legitimus iuret præstare relicta in minus solemniter testamento, operatur clausulam codicillarem & repetitionem à venientibus ab intestato, quia enixæ voluntatis preces ad hoc potest videri. Hæc conclusio est etiam vera & probatur in illo text. secundum Alciat. in dict. cap. cum contingat, numer. 96. & Couar. *ubi supra* & alios Dd. tenentes, quod text. ille loquatur etiam de iuramento hæredis, nam in illo text. non fuit præstitum per heredem vllum iuramentum, licet testator iussisset & rogasset illud ab hærede præstari. Et ex hæc tertia & vltima conclusione inferitur, quod cum solus iustus hoc operetur, habebit etiam locum, si hæres legitimus non fuerit institutus, h. e. veniens ab intestato, sed alius extraneus, quia ex quo protulisse testator clausulam codicillarem apponere & per eam grauari venientes ab intestato, vt in toto titulo C. ff. de iure codicillorum, illa censetur appositæ per supradict. rogatum & iustum de iurando, quia sunt enixæ voluntatis preces, ex quibus colligitur, voluisse testatorem omnem successionis speciem continere, vt actus valeat meliori modo quo posset, ita vt relicta in minus solemniter testamento omnino præstarentur, vt in d. paragr. filius matrem. Et sic bene remanet declaratas & intellectus text. ille in hoc primo notabili, quod in ipso probatur, scilicet quod iuramentum habeat vim clausulæ codicillaris & repetitionis relictorum in minus solemniter testamento à venientibus ab intestato.

Vltimo circa hoc primum notabile huius text. in dict. §. filius matrem, quod iuramentum habeat vim clausulæ codicillaris, quando testamentum est nullum ex defectu solemnitaris, videndus est Menchac. de successio. creat. paragr. 28. in princip. vbi ponit duodecim ampliationes totidem casuum, in quibus testamentum non valet. Et tamen si apponatur iuramentum, inquit ipse, quod valet propter iuramentum in vim codicillorum, vt quando interuenirent femina in testes testamenti, vel cæcus, vel si testes non fuerint in conspectu testatoris, prout alias de iure requiritur, vel si non fuerint toti testamento præsentis, sed vna pars testamenti probetur per quosdam, & alia per alios, vel si fuerit scriptum testamentum per notas seu abbreviaturas insolitas, vel si omnes testes non intellexerint omnia in testamento contenta, ita vt aliquam particulam desinant in-

telligere, licet minimam, vel si ore proprio non expressisset heredem, sed ad nominationem vel interrogationem alterius annueret capite, vel si tabellio non fuerit rogatus, licet ipse confecerit testamentum, quando testator voluit, vt ipse conficeret testamentum, vel si testamentum fuerit nullum ex causa præteritionis, vel si testes non fuerint rogati, vel si non subscripserint vel signerint, vel si factum non fuerit testamentum vno contextu verborum, vel si aliquis testis interfuerit testamento compulsus, vel si signum tabellionis in testamento in scriptis omittatur: harum solemnitarum defectus suppleatur & dispensetur per iuramentum. Et rursus ponit octo limitationes, in quibus iuramentum additum testamento non operatur clausulam codicillarem. Primo, si testator cancellauerit testamentum, item si testator coactus testatus fuerit, item si præcessit clausula derogatoria: item si voluntas consummata non fuerit: item si testator se in arrogationem dedit: item si testator errauerit circa personam hæredis scripti: item si testamentum (id est) hæredis institutio fiat in bonis alienis. Quas ampliationes & limitationes retuli in summa, vt breuiter ad notitiam peruenire possint. Sed super earum veritate vel falsitate addo, quod ita demum procedent ampliationes supradictæ & vnaquæque earum, si tali casu clausula codicillaris expressa appositæ, abique iuramento valeret & aliquid operaretur, alius secus. Item limitationes supradictæ ita demum procedent, si in earum casibus per contrarium clausula codicillaris expressa nihil operaretur. Quia inherendum est semper in hac materia regulæ, quam infra constituam, quæ est huiusmodi, quod ad hoc vt iuramentum habeat vim clausulæ codicillaris & faciat actum valere meliori modo, quo possit, requiritur, quod interueniat ea solemnitas, quæ requiritur ad codicillos conficiendos vel ad eum modum actus, in quo volumus sustinere actum inualidum propter iuramentum. Item & secundo, quia non debet esse maioris potentie tacitum seu præsumptum, quam expressum & verum vel causatum quam causam, vt sunt iura ordinaria. Sed an in dictis ampliationum & limitationum casibus valeret vel non valeret clausula codicillaris expressa, hic non examino, quia esset extra propositum nostrum, & vnum longum tractatum completeret illa materia, si exacte declaranda esset.

Secundo principaliter ¶ ex d. §. filius matrem, 5 iam planissime colligitur & notatur, quod iuramentum adiectum testamento facit rem vel actum valere meliori modo, quo potest, quia hoc inducitur sub virtute iuramenti. Et ita notat ex illo text. Bar. & Paul. *ibi*, & idem Bar. in d. l. si quis pro eo, numer. 13. ff. de fideiuss. & idem Bart. in l. si quis maior, n. 9. C. de transactio.

Vbi ex hoc ¶ bene inferri in materia transactio. 6 iurate, vt si non valeat vt transactio, valet tamen vt pactum nudum: cuius in hoc opinionem testatur communem Couar. in d. c. Reynaldus, §. 3. numer. 10. vers. sexto hinc, vbi inferri ex hoc ad intellectum text. in l. si causa cognita, Cod. de trans. & hoc notabile ex dict. §. filius matrem, deducit etiam Alciat. in d. c. cum contingat, numer. 96. & sequens, vbi ponit sex vel septem declarationes ad hanc regulam, quarum præcipuas reasumit Couar. in d. cap. Reynaldus paragr. 3. n. 10. in princip. Vbi hoc notabile sequitur & allegat plures idem tenentes, B b dicens,

dicens, quod plerique alij eandem opinionem recipiunt, & Gomez, in §. item si quis postulare, num. 13. post las. ibi, num. 14. Instit. de action. & Felinus plures referens in cap. cum super. n. 9. de officio delegat.

7 Vbi ex Ang. refert, quod licet verba enuntiatiua defuncti non noceant heredi, fallit si inruit, quia iuramentum habet vim clausulæ. Et quod verba enuntiatiua emissa propter aliud cum iuramento inducant dispositionem, tenet cum aliis Marc. Ant. Bauer. in tract. de virtut. & virtutibus iuram. n. 32. vol. 5. fol. 21. & hoc idem notat & tenet Alciat. in l. 1. §. si quis ita, n. 27. ff. de verb. oblig.

8 Vbi hoc notabile intelligit, quod iuramentum faciat valere actum meliori modo quo possit, scilicet quatenus verba ipsius iuramenti inferre possunt, nec verosimilis mens iurantis repugnat, nec vero ultra quam consensum est, iuramentum operatur secundum ipsum, quia tunc actus deficit in substantia deficiente consensu, quem defectum iuramentum minime supplet, vt in l. fin. C. de non numer. pecun. cum similibus. Et ita etiam hanc declarationem & limitationem in proposito alios allegans sequitur Couarr. ubi supra, in versic. tertio est intelligenda. Subdensidem esse in defectu personæ agentis, vt quia furiosus vel infans sit, secundum Bart. Roman. & Alciat. quos refert & in defectu substantiæ & consensu, idem tenet Boët. consil. 28. numer. 21. & 22. & las. in l. eam quam, numer. 18. C. de fideicommiss. & Felin. ubi supra. Hoc idem notabile ex d. §. filius matrem, colligitur & sequuntur plures allegati per Tiraquel. in prefatione leg. si vnam, numer. 133. Cod. de reuocand. donat. & inquit Couar. in capit. quamvis pactum de pact. libr. 6. 2. part. §. 6. numer. 2. vers. de materia conclusio, Bartolom in hoc notabile esse communiter receptum & merito, quia communiter Doctor. vbiq;e, vltra supra allegatos, quos hic referre non curro, quia laboriosum potius & inutile, quam subtile, tenent hoc notabile, scilicet quod iuramentum faciat valere actum meliori modo quo potest. Et hanc testatur esse communem opinionem Couarruu. ubi supra, & alios allegans Mench. §. 29. n. 2. & tenent Bar. & communiter scribentes in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. secundum Marc. Ant. Bau. ubi supra, n. 1.

Sed præcipua ¶ declaratio huius text. in hoc secundo & in primo notabilibus, quæ semper præ oculis habenda est, ne decipiãmini, talis est, quod procedit text. hic in hoc paragr. filius matrem, dummodo actus ille habeat eam solemnitatem, quæ est necessaria ad effectum illum, quem ex iuramento deducere volumus. Nam si testamentum iuramento præfinito ordinatum volumus valere iure codicillorum, oportet habere codicillorum solemnitatem, siquidem iuramentum operatur actum eo modo, quo fit inualidum transfundi in alium actum qui valere possit; igitur est necessarium adhibitam fuisse illam solemnitatem, quæ huic actui sit sufficiens, vt cum Imol. & aliis tradit Couar. in d. cap. Raynaldus, §. 3. numer. 16. quæ quidem opinio verissima est meo iudicio & rationi congrua.

10 Et quod iuramentum habeat vim ¶ transfusionis vnus dispositionum in alteram, probatur bene in d. paragr. filius matrem, & ex omnibus supradictis, & tenet præterea ex eis Tellus Fernandez in l. 17. Taur. n. 105. cum Marc. Ant. Bau. & aliis quos refert.

Habet etiam iuramentum vim expressi ¶ vt constat ex supradictis, & tenet alios allegans Boët. d. conf. 28. n. 2. 1. & conf. 38. n. 7. & Gom. in paragr. item si quis postulante, num. 9. Instit. de officio.

Et quod iuramentum habeat vim specialis renuntiationis, tenet Tiraq. ubi supra, numer. 132. post Palat. Rub. in repet. cap. per vestras paragr. fin. num. 25. & segg. de donation. inter vir. & vxor.

Et ¶ inquit Alciat. in dict. l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. obligat. num. 31. quod iuramentum habet vim specialis consensus & quoad certitudinem attrinet, magis operatur quam simplex clausula omni meliori modo, &c. sequitur cum aliis Palat. Rub. ubi supra, numer. 22. Et quod iuramentum habeat vim expressi & specificis consensus, Bal. in l. 1. numer. 5. C. commed. sequitur alios allegans Beccius conf. 80. n. 10. lib. 1. vbi etiam cum aliis quos citat, quod per iuramentum specialis hypothea in qualibet re & prædio censetur contracta, si melius contractus valere potest, per tex. in d. paragr. filius matrem.

Et inquit ¶ singulariter Barb. conf. 55. numer. 15. 14. volum. 2. quod vbi adest consensus qui requirebatur pro forma, vt interueniret specialiter & nõ interuenit sed generaliter, tunc iuramentum operatur effectum clausulæ specificatæ, dicens, ita procedere, quod habetur in d. §. filius matrem, & in c. ex rescripto, de inuestrand. & allegat Cyn. Bald. Ioan. de Imol. ita volentes, & tenet & probat latius inferens ad plura ex hoc idem Barba. conf. 25. numer. 5. & 6. vol. 1. tenet etiam Palat. Rub. ubi supra, n. 28. vbi refert Barb. & alios.

Et quod iuramentum habeat vim clausulæ specificatæ tenet gloss. in d. paragr. filius matrem, quam omnes reputant singularem, & eam sequuntur secundum eundem Barb. conf. 42. numer. 10. volum. 2. vbi numer. 11. hoc intelligit, quando actus alias redderetur nullus, secus si esset validus, quia iuramentum habet clausulam, vt actus valeat meliori modo quo potest, vt in d. §. filius matrem: & quod iuramentum habet virtutem specialis & expressi consensus, cum Bald. in l. 1. n. 4. C. commed.

Et quod iuramentum habeat vim ¶ geminati actus, cum Abb. in cap. cum coningat, volum. 3. de iureiuran. tenet Curt. Junior in l. si causa cognita, num. 40. & 41. C. de oper. & Bald. in dict. leg. 1. tenet alios allegans Anton. Conset. in rub. de iureiur. n. 56. vol. 5. tract. fol. 17. Vbi addit, quod vbi requiritur specialis consensus & non sufficit generalis, si interueniat generalis cum iuramento, valet actus propter iuramentum, quia habet vim expressi secundum Bald. ubi supra, & hoc intelligit in eo, in quo consentitur non in aliis, secundum Salycet. in dict. l. 1. & Alex. alibi quos refert, & dictum Bald. in d. l. 1. tenet alios allegans Marc. Anton. Bauerius in tract. de virtut. & virtutibus iuram. num. 8. col. 5. fol. 20. vbi numeris sequentibus plurima ex hoc inferit: sequitur etiam alios allegans Benuenutus Anchon. in tractat. de decollatoribus, tit. de pactis contentis inter creditor. & decoll. numer. 3. pagin. 340. & opinio supradict. Salycet. dicit communem alios referens Celsus Hugo consil. 24. numer. 19. vbi per eam reprobat dictum Bald. in dict. l. 1. C. commed. Sed fallitur, quia verum est & approbatum per Doctor. & ibi numer. 22. refert Angel. in l. senium, Cod. qui testam. fac. poss. volentem dictum illud Bald. debere intelligi, vbi tam testator quam filij iurassent Sed hoc non est præcise nec necessarium circa intel

intellectum d. paragr. filius matrem. Et quod dictum Bald. in dict. l. 1. quod iuramentum habeat vim specificis consensus, & specialis renuntiationis, intelligatur, quando saltem in genere de eo est cogitatum, tradit alios allegans Marian. Socin. Iur. consil. 50. numer. 14. & 19. vol. 1. sed hoc debet intelligi in facto proptio, secus tamen est, quando factum pendet aliunde & ignorabatur, quia tunc iuramentum non habet vim specialis consensus, secundum eundem Mar. Soc. conf. 119. numer. 70. lib. 1. Et supradicta sequitur & probat Ant. Gabr. lib. 2. communium opin. concl. 4. de iureiur. per totam, pag. 117.

16 Et procedit ¶ hoc secundum notabile, non solum in vltimis voluntatibus, in quibus loquitur, sed etiam in contractibus, vt constat ex Bar. in d. l. si quis maior, num. 9. C. de transact. communiter approbato vt supra dictum est. Et præterea hanc ampliationem, scilicet quod contractus iuramentum firmatus valeat meliori modo quo potest, tenet idem Bart. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. obligat. & est communis opinio, secundum Couar. in d. §. 3. numer. 10. versic. eadem conclusio. Ex quibus plurima inferre possem, quæ iam sunt dicta & examinata in materia contractuum supra in prima parte & ideo ea hic omitto.

17 Extenditur ¶ etiam & hoc notabile ad actus iudiciales confessioni namque facta in iudicio à litigante eius aduersario non petente neque acceptante illam, licet non præiudicet consentienti neque alicui, tamen si iuramentum huic confessioni accesserit, saltem ipsi consentienti nocet, tametsi non noceat alteri litiganti, vt cum aliis concludit Couar. ubi supra, vers. 7.

18 Et ex hoc notabili plura inferit ¶ las. in d. §. item si quis postulante, num. 14. Instit. de alio. Ex quo tantum illud hic referam, quod ipse ibi refert ex Bal. in l. verbis civilibus, ff. de vulg. & pupil. dicente, quod substitutio quæ non potest valere iure directo, valet iure obliquo, si adiciatur iuramentum, propter quod iuramentum religionem, licet alias sit secus regulariter secundum communem opinionem in l. cenurio, ff. de vulg. & pupil. subs. Eandem etiam opinionem sequitur las. dict. l. eam quam, numer. 18. C. de fideicommiss. & Roland. à Vall. conf. 70. numer. 29. lib. 2. & Gomez. in dict. §. item si quis postulante, num. 10. ad finem, vbi allegat idem tenentes Ioan. Baptit. de Sanct. Seuer. in l. precibus, col. 6. ad finem, C. de impub. & aliis, & Modernum Hispanum in l. filiusfamilias, §. Diui, n. 116. ff. de leg. 1.

19 Ex hoc ¶ etiam notabili inferit eleganter Socin. consil. 16. numer. 65. vol. 4. post Ant. de Burr. per eum citatum, quod si iuramentum interponitur super actu indiuiduo, tanta est potentia, vt licet actus sui natura non posset valere propter indiuiduitatem, tamen propter iuramentum potest censeri diuiduus, vt fortitatur effectum in illa parte, in qua valere potest, ex quo continet in se clausulam, vt faciat valere actum omni meliori modo, quo valere potest, ita quod vile per inutile non debet vitari. Et Soc. sequitur Parisius, & eos referens Rol. à Valle ubi supra, n. 30. quod profecto est notandum, & exemplum vide per Soc. ubi supra.

20 Vltimus ¶ ex hoc notabili huius text. inferit eleganter Ant. Gom. in l. 3. Taur. n. 117. ad finem, quod licet quando testator coram testibus protulit verba dubia quæ possunt trahi ad sensum petrebum & deliberatum de præsentibus, vel ad sensum non

perfectum & deliberatum de futuro, quia dicitur: Volo instituire Titium, vel similia verba, ad sciendum, an voluerit his verbis testari, nec ne: sit distinguendum, an prædicta verba protulerit testibus, vocatis & rogatis in sufficienti numero ad testamentum condendum, necne: iuxta text. in leg. D. Traianus, ff. de milit. testament. & quæ in proposito tradit bene declarans ipse Anton. Gomez. ubi supra, numer. 116. Tamen si testator prædicta verba dixit & protulit cum iuramento, tunc disponentur indistincte per dict. §. filius matrem, secundum notabile secundum supradictam, quod iuramentum faciat valere actum meliori modo, quo potest valere, quod est notandum.

Hinc etiam ¶ inferit Bart. in leg. si quis in principio testamenti, numer. 15. ff. de leg. 3. quod iuramentum habet in se clausulam deogatoriam, ita quod testamentum iuratum habet vim clausulæ deogatoriam, de quo quia dictum est supra cap. præced. hic non agam.

S V M M A R I V M.

- 1 Legitima de iure ff. debet filio relinqui honorabili titulo institutionis.
- 2 L. Papinian. §. si quis mortis, ff. de inoffic. testam. intellexit.
- 3 Legitima quo titulo sit relinquenda filiis de iure canonico.
- 4 Rationes quare pater teneatur relinquere filiis legitimam titulo institutionis.
- 5 Legitima de iure Codicis non est necessarium, quod relinquatur titulo Institutionis filius, sed sufficit, quod eis relinquatur quocunque relicti titulo.
- 6 Legitima de iure authentictorum hodie debet relinqui filiis titulo institutionis, præterquam si pater disponat de bonis suis in codicillis vel alia scriptura, & quid de iure Regio.
- 7 Titulus institutionis inducitur, quando pater legitimi aliquid filio particulariter præ sua legitima, & non dixit iure institutionis si adiecta sit clausula, quod volebat testamentum valere omni meliori modo quo potest.
- 8 Testamentum valet, etiam si legitima relinquatur filio titulo legati, si adiecta sit clausula codicillaris.
- 9 Iuramentum non videtur interpositum per hanc clausulam, vt actus valeat meliori modo quo potest, etiam si in eo non relinquatur filiis legitima titulo institutionis.
- 10 Iuramentum in testamento appositum, habet vim clausulæ, vt actus valeat meliori modo quo potest, etiam si in eo non relinquatur filiis legitima titulo institutionis.

C A P V T I I I.

Legitima quo titulo sit filius relinquenda.

H Vre Digestorum ¶ legitima debet filio relinqui titulo honorabili institutionis & non sufficit, quod ei relinquatur titulo particulari legati vel fideicommissi, donationis, vel alio quocunque titulo: ita tenet gloss. in leg. qui filium, ff. vbi pupill. educat. deb. quam probat Bartol. in leg. Papinianus, §. si quis mortis causa, digestis de inoffic. testam. idem Bart. in l. cum ex filio, ff. de vulg. & pupil. Angel. in leg. Gallus, §. ille casus, digest. de liber. & post

posthum. & Florian. in l. si pater, Cod. de instit. & substit. &c. ubi gloriatur de inuenisse pro hac opinione duo iura, nempe text. in leg. ita tamen, paragr. qui rogatus, ff. ad Trebel. & in leg. si emancipatus, l. 1. ff. de honorum possess. contr. tab. Hanc etiam opinionem tenet Paul. de Castro. in leg. 2. numer. 9. ff. de inoffic. testam. Idem tenet Imola. Alexand. & la. numer. 10. in l. inter cetera, ff. de liber. & posthum. ubi Aretin. inquit, quod hæc est communis opin. Doctorum, & esse commune tradit Guillierm. Bened. in repet. capit. Raynuus, verbo, in eodem testamento, et 1. numer. 15. colam. 2. de testam. & Viglius in paragr. igitur, numer. 1. Instit. de inoffic. testam. ubi refert Alexand. Dicit communem supradictos & alios referens, præter Guillierm. Menchac. de success. creat. paragr. 20. numer. 231. quæ opinio est verior & tenenda, quamuis gloss. in d. paragr. quis mortis, ver. secuti, & gloss. magna ad medium, in l. nam & ite, dige. s. eodem titul. de inoffic. testam. teneant, sufficere relinqui legitimam filio quocunque relicti titulo, quas sequitur Angel. in l. suis quoque, dige. de hered. instit. & inquit eorum opinionem esse veriorum, Bened. ubi supra, numer. 15. & 16. & Mench. ubi supra per text. in d. l. qui filium, & in l. etiam paragr. si debuit ff. de bon. liberi. & in leg. ex ass. ff. ad Trebel. & in l. pater quoque, & in l. cum pater ff. ad d. l. Falcid. & in d. l. si quis mortis. Quæ iura bene inducit Guillier. ubi supra, pro hac secunda opinione, pro qua est expressio text. in d. l. cap. Raynuus, ubi Alterochæ filia fuerunt relicta vltra dotem domus & hortus pro sua legitima tit. legati, & nihilominus valet & sustinetur testamentum. Sed nihilominus prima opinio est tenenda, quod filio debeat necessario relinqui legitima titulo honorabili institutionis de iure Digestorum, alias sit præteritus.

2. Quæ retenta ¶ non obstat text. in d. l. si quis mortis, quia loquitur in filio exheredato, & sic testamentum fuit solemnne, aliter non tractaretur ibi de querela, quem intellectum sequuntur Imol. & Alex. in d. l. inter cetera. Viglius in paragr. igitur, numer. 2. Instit. de inoffic. test. & est receptor doctina, vt tradit Barberanus in repet. l. si pater, n. 288. C. de instit. Non obstat etiam text. in d. c. Raynuus, quia ei assignat ibi latissime quinque intellectus Couar. §. 1. per tot. ne obstat huic verissime & communi sententiæ, quæ est in proposito videndus.

3. Et etiam super ¶ alia quæstione, an iure canonico pater teneatur filio legitimam relinquere titulo institutionis, vel sufficiat, si alio titulo relinquat, de quo est etiam videndus Mench. ubi supra, n. 284.

4. Dupliciter ¶ ratione tenetur pater filio legitimam titulo institutionis relinquere. Prima, quia titulus institutionis est honorabilior titulo legati, aut alio quocunque titulo particulari, vt in l. filium, §. sed ff. de leg. præst. Secunda ratio est propter virilitatem iuris accrescendi in portionibus non distributis vel deficientibus, vt in l. 1. paragr. si ex fundo, ff. de hered. institur. de quibus ratio quibus vltra Dd. ubi supra, tradit optime Ancharan. in cap. si pater, numer. 6. de testam. lib. 6. & Benedic. ubi supra, numer. 39. & Corraf. in l. filium, quem habentem, numer. 194. C. famil. erciscund. & Bereng. Fernand. in l. in quartam, numer. 174. ff. ad l. Falcid. & quod propter has rationes desideretur titulus institutionis, est communis opinio, secundum Corn. in leg. quous, C. de hered. institur. & secundum

dum Corraf. in l. testamento, numer. 17. C. de impub. & alia substit. & secundum Mench. d. §. 20. numer. 235. ubi & in numer. seq. impugnatur supradictam secundam rationem. Sed octo rationes singulares huius communis opinionis ponit Perus. in rub. de testam. libr. 6. numer. 39.

De iure ¶ autem Codicis communis opinio est, non oportere relinqui legitimam titulo institutionis, sed sufficere vt relinquatur quocunque titulo, secundum Mench. ubi supra.

De iure ¶ autem nouissimo authenticorum est magis communis & indubitata opinio, quod pater teneatur filio relinquere legitimam titulo institutionis, per text. in aub. vt cum de appell. cogn. paragr. aliud quoque capitulum, col. 8. per quem text. ita tenet gl. in d. c. si pater, ver. in finit. gl. magna in pri. in aub. nouissima, C. de inoffic. testam. & in d. l. nam & ite: Et est communis secundum Curtium Iun. in l. hac consiliosissima §. ex imperfecto, n. 13. C. de testa. & Guald. de arie test. in tit. l. caut. 3. Boer. decis. 267. & Ant. Gom. 1. tom. c. 11. numer. 1. in fin. Et hanc opinionem tenent communiter omnes Legista & Canonista vbi que, vt latissime refert & testatur communem esse Mench. d. paragr. 20. numer. 233. exceptis tribus nouissimis, nempe Viglio in rub. Instit. de inoffic. testam. & Menchac. de success. creat. §. 20. d. numer. 233. & August. Bero. in d. c. Raynuus, n. 41. qui subtilius & melius ceteris tenet contra communem, assignans nouum intellectum ad d. paragr. aliud quoque capitulum. Aliam assignauit Menchac. ubi supra. Quibus tamen reiectis opinio magis communis est, quod tam iure Digestorum, quam hodie iure Authentic. debeat relinqui filio legitima titulo institutionis, vt testamentum valeat, vt constat ex supradictis, & affirmat præterea D. Burg. de Paz. in leg. 3. Taur. 6. conclusi. par. numer. 388. testatur communem plures referens Anton. de Padil. in l. cam, quam numer. 76. C. de fideicommiss. quod hodie expresse approbatur, quando pater facit testamentum, secus si codicillos faciat vel aliam scripturam, in quibus voluntatem suam ostendat diuidendo bona inter filios: nam tunc non tenetur eis relinquere legitimam titulo institutionis, vt in l. 3. tit. 8. par. 6. ubi optime Greg. Lop. hoc declarat in 2. gl. & in d. l. Reg. hoc intelligitur. Item secus esset, si filius acceptasset legitimam sibi relictam in testamento titulo legati sine protestatione. Et ita est tenendum cum illa leg. & eius forma, quicquid super eius intellectu fluctet Mench. ubi supra, numer. 233. in fin. & numer. seq. ubi etiam existimat hodie per illam leg. non esse nullum testamentum, sed rumpendum, licet iure communi esset nullum, quando in eo filio non relinquatur legitima titulo institutionis, aduersus Greg. ibidem in gl. Quebrantar. Addit tamen Menchac. ubi supra, numer. 244. cum seq. quod hodie in testamento nuncupatio inter liberos bene potest relinqui legitima titulo legati, vel alio ex l. 1. titul. 2. lib. 5. ordin. quatenus tollit necessitatem heredes instituendi, de quo est videndus Burg. de Paz. ubi supra, d. numer. 388. ubi relinquit cogitandum, sed opinio Mench. ubi supra, probat in hoc & bene Ant. de Padil. ubi supra, n. 74. cum Roder. Suar. quem refert idem tenentem. Et plurima in hac materia relinquendi legitimam titulo institutionis, vel alio tit. tradit Mench. ubi supra, numer. seq. ubi tandem procedit per ampliationes & limitationes & quæstiones.

Sed quicquid ¶ sit de iure cõmuni & Regio in hoc

hoc casu dispositum, si tamen testator aliquid particulariter relinquit filio pro legitima, & non dixit iure institutionis, sed addit, quod volebat testamentum valere omni meliori modo, quo potest (sicut communiter solet dici & apponi hæc clausula per notarios?) ista verba operantur, vt videatur testator relinquare titulo institutionis, prout relinqui debet. Ita in terminis tenet Bald. in l. quous, numer. 3. C. de hered. institur. sequitur Alex. consil. 112. numer. 1. & 4. libr. 3. ubi eius additio litera A. hoc intelligit cum Guillier. Bened. quem refert, quando hæc clausula est adiecta simul cum clausula codicillari. Hanc eandem opinionem Bald. simpliciter absque prædicta moderatione clausula codicillaris, tenet Marc. Ant. Bauer. in tractat. de virtut. & virib. iura. n. 117. vol. 5. tract. Dd. folio 124. Et hanc opinionem testatur communem plures allegans Mench. ubi supra, d. §. 20. numer. 247.

8. Vbi sum. 2. ¶ refert esse communem opinionem cum Batt. in l. 1. q. 4. dige. de iur. codicill. tenente, quod valet testamentum, etiam si legitima relinquatur filio titulo legati, si adiecta est in testamento clausula codicillaris, pro quibus duabus communib. opinionibus allego expressam l. Regiam, in d. l. 5. tit. 8. par. 6. versio. Pero si, ubi dicitur, quod si pater non fecerit testamentum, & fecerit diuisionem bonorum suorum inter filios in codicillis vel in alia scriptura, in qua suam voluntatem monstrasset, licet in illa scriptura non relinqueret pater illam partem filio titulo institutionis, non tamen filius posset querelam intendere ad rumpendum testamentum. Ecce igitur qualiter in codicillis, vel in alia scriptura præter testamentum, potest pater filio quocunque relicti titulo legitimam relinquere. Neque obstat, quod ille vericulus dicit. leg. Reg. ioquitur, quando pater non fecit testamentum, sed codicillos vel aliam scripturam, communes vero opiniones supra. proxime dictæ loquuntur, quando pater fecit testamentum adiecta supradicta clausula codicillari, vel omni meliori modo, &c. quia respondeo, quod paria sunt non condere testamentum, vel tale condere, quod sit nullum, vel veniat rumpendum propter non relictam legitimam titulo honorabili institutionis: cum hoc vltimo casu sustineatur testamentum per adiectionem dictæ clausule, non tanquam testamentum, sed tanquam codicilli, vel alia vltima voluntas inter filios, & sic militat ratio d. l. Reg. in d. ver. Pero si.

9. Addit ¶ præterea Marc. Ant. ubi supra, quod per hanc clausulam, omni meliori modo quo potest, non operabitur, vt iuramentum videatur interpositum, quamuis actus sine iuramento valere non possit, secundum Aret. quem refert conf. 20.

10. Adde ¶ nunc ego in nostro proposito & materia iuramenti, quod cum iuramento in testamento appositum habeat vim clausule codicillaris, item etiam & clausule, vt actus valeat meliori modo, quo potest, iuxta text. in l. cum pater, paragr. filius matrem, dige. de leg. 2. secundum communem eius intellectum, vt late egimus supra. in hac 1. parte cap. 2. ubi etiam an à testatore vel hærede iuramentum præstandum sit, quod si pater in testamento non relinquit legitimam filio titulo institutionis, sed legati, vel alio quocunque titulo, si tamen testamentum sit iuratum, etiam si expressa clausula codicillaris, vel alia, si non valet, vt, agitur, valeat meliori modo, quo valere po-

test, non sit apposta, valebit & tenebit huiusmodi testamentum, non tanquam testamentum, sed tanquam codicilli, & non poterit filius contra illud sequerelare prætextu non relicta sibi legitime titulo honorabili institutionis, cum virtute iuramenti sustineatur actus, vt valeat iure codicillorum, & meliori modo, quo potest. Quo casu pater non tenetur relinquere legitimam filio titulo institutionis, sed potest alio quocunque per omnia supra dicta. Et sic operabitur in proposito meo iudicio multum iuramentum, scilicet, vt tollat necessitatem testatori relinquendi legitimam filius titulo institutionis: quod existimo verissimum, & notandum, quamuis apud vltimum scribentem tactum in terminis hoc vltimum non inuenimus in hoc proposito, scilicet, relinquendi legitimam titulo institutionis, vel alio, tamen optime deducitur ex supradictis.

S V M M A R I V M.

- 1 Sepulturam eligere potest quilibet, propriam vel etiam alienam, & si eam non elegit, sepeliendum est in sepulcro maiorum suorum, vel si id non habet in Ecclesia parochiali ipsius, ubi audiebat diuina officia & sacramenta recipere.
- 2 Sepulturam potest quis eligere apud Ecclesiam Prædicatorum vel minorum, & ipsi possunt eum ibi libere sepelire, soluta tamen quarta Ecclesie parochialis.
- 3 Bulla sanctissimi domini nostri Pij Quinti super quarta huiusmodi sepulorum in Ecclesie ordinum mendicantium refertur.
- 4 Vxor absque virili licentia potest sepulturam eligere.
- 5 Mulier nupta potest testari absque licentia viri sui.
- 6 Vxor licet possit sine licentia viri sepulturam eligere cum dote per viam vltimæ voluntatis, per contractum tamen id facere minime poterit, nisi tantum eligere sepulturam.
- 7 Relictum Ecclesia pro sepultura, tacite videtur ademptum, si alibi testator eligat sepulturam.
- 8 Statuto, vel lege sicut introduci potest, quod mulier non possit testari absque consensu duorum consanguineorum, vel viri proprii ita etiam introduci poterit, vt non possit eligere sepulturam absque dictorum consanguineorum vel viri licentia.
- 9 Mulier, que plures viros habuit successiue, est cum vltimo viro tumulanda, si sepulturam non eligat.
- 10 Laborans in extremis, an possit committere electionem sepultura alteri: item quid iuris erit, si committens antequam commissarius delectat, delectat.
- 11 Sepulturam eligens, promittens cum iuramento se non reuocaturum aut mutaturum hanc electionem, vel si inret electurum talem sepulturam, & non aliam, an valeat, & confirmetur electio hac iuramento, taliter quod mutari non possit?
- 12 Pactum inter Ecclesias bene valet, ne aliquos, vel certos alterius Ecclesie parochianos altera Ecclesia recipiat ad Ecclesiasticam sepulturam, & c. conuerso.
- 13 Iurans vel fauens motu proprio sepulturam in